tur. Q uum autem poſt annum domini Milleſſimum multis tum bellis:
tum ſeditioíbus fatigatum iret in pręceps. Barbariq; illud & pręcipue Tur
ci iam iam oppreſſuri uiderentur: cõcurriſſent autem criſtiani principes ad
illius auxilium: Quum proficere nil poſſent: ne chriſtianorum loca pręda
eſſent infidelium: multas ciuitates & inſulas recepere. Multa tũ ueneti pre
cio: multa per deditionem adepti. Eam rem cum ſtagnorũ uenetorum ac-
colæ: Quiq; Ciuitates eas principes tenebant magno (ut fit) concuſſi metu
uenetæ ſurgentis potentiæ quotidie acrius animaduerterent: ad eius excidi-
um intendere animos cœperunt: nouum belli genus meditati: ut uidelicet
longius productis in hæc ęſturia fluminum foſſis omnia harena cõplerent
in continentemq; redigerent: Caſtella pro terminis erexere. Veneti qui faci-
le animaduerterent quid ſibi uellent huiuſmodi munitiones aliis fruſtra tẽ
tatis remediis ad arma iere: perq; tercẽtum & amplius annos conſtituendis
finium terminis depugnatum. Donec Tauriſium primum & aliquoť poſt
annis Patauium: Vicẽtiam: Veronam: circiter annum domini mileſimum
quadringenteſimum receperunt. Longius autem digreſſis ad tempora de
qbus ſcribimus reuerti placet: & breuibus refellere: qđ ĩterdum ſubire mul
torum animos ſolet: repletas tum fuiſſe has inſulas & littora ex infimo ho
minum genere. Nullos autem nobilioris conditionis uiros acceſſiſſe. Qui
hoc exiſtimant meminiſſe debent centum fere annis ante hæc tempora ſcri-
ptam fuiſſe caſſiodori epiſtolã. In qua Venetias prędicabiles appellat: ple
naſq; nobilibus dicit. Vt ſi de oppidis iam in ſtagnis conſtructis loqueba-
tur certiori non egeamus teſtimonio. Sin uero de Romanis circum ea ſta-
gna coloniis: cui nam incredibile uideri debet: eos non propinquas potius
ſedes appetiiſſe: præſertim tutas: atq; ſub eo cęlo poſitas cui aſſueuiſſẽt ab
infantia: q̃ excluſi tam Italia: q̃ patrio ſolo in tranſmarinam aliquam: tran
ſalpinam ue Barbariem: tam lingua q̃ moribus diſſimillimam tranſmigra
rent? Adde ꝙ in illis etiam nationibus nihil erat ea tempeſtate tutum: nihil
pacatũ. Nam & Heraclii temporibus amiſſa eſt Aſia Syriaq;. Phęniciam
& Aegyptum: & Africam Sarrhaceni magna ex parte ſuas fecerant. Vſq;
adeo: ut & in ſiciliam: & Italiam ingentes educere claſſes auderent: omnia
q; direptionibus populationibuſq; fędare. Germaniæ uero atq; Galliæ ab
Athila uſq; ad hæc tpa oĩ bellorũ genere iacebãt: attritę. Itaq̇dẽ ut illa ſęcu
la cõſiderãti mihi: nõ natio nõ lingua: ſed totus pene orbis ĩ Ruinã cõcidiſ-
ſe uideri ſoleat. Quis præterea nõ uideat cõſtare nõ potuiſſe diutius tãtam
mortaliũ multitudinẽ ex ĩfimis ordinibuſ: niſi nobiliores diuitioreſq; cõmi
ſcerẽtur? Hũanã ſiqdẽ ſocietatẽ pluribus tẽpari ordinibus neceſſe ẽ: quorũ
ſinguli cęteris ĩdigeant: ſingulis cęteri ea qbus abũdãt: cõferre poſſint. Va-
rietas. n. hũanę ĩdigẽtię q̃ ſparſa ꝑ oẽs ẽ ordines: uaria quoq; ſupplementa
poſcit. Quibus multa oportet cum artificia tum ſtudia ſubminiſtrent.